λογοποιῶν Περσέως τοῦ Διὸς καὶ Δανάης Ἡρακλέα μὲν εἶναι τέτταρσι γενεαῖς νεώτερον, Βούσιριν δὲ πλέον ἢ διακοσίοις ἔτεσι πρεσβύτερον, quo loco historiarum scriptores non minus dici quam in Xenophontis Cyropaedia VIII, 5, 28 ἔνιοι δὲ τῶν λογοποιῶν λέγουσιν ὡς τὴν τῆς μητρὸς ἀδελφὴν ἔγημεν · ἀλλὰ γραῦς ἂν παντάπασιν ἦν ἡ παῖς ne Curtius quidem infitias iuit : quamquam de Atticorum sermone ex hoc quidem loco nihil colligitur, quem grammatici alicuius adnotationi deberi iam Schneiderus perspexit. Neque dispari intellectu Plato Reipublicae III p. 392 postquam poetarum de dis daemonibus heroibus rebus inferis narrationes exagitauit, de hominibus qualia iuuenes audire deberent expositurus haec scripsit οἶμαι ἡμᾶς ἐρεῖν ὡς ἄρα καὶ ποιηταὶ καὶ λογοποιοὶ κακῶς λέγουσι περὶ ἀνθρώπων τὰ μέγιστα ὅτι εἰσὶν ἄδικοι μέν, εὐδαίμονες δὲ πολλοί, δίκαιοι δὲ ἄθλιοι : de quibus dubitare non sinunt sequentia καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα (οἶμαι ὑμᾶς) ἀπερεῖν λέγειν, τὰ δ᾽ ἐναντία τούτων προστάξειν ᾄδειν τε καὶ μυθολογεῖν. Euthydemi tamen p. 298 CDE λογοποιοί sunt oratores latiore quidem illo sensus quem λογογράφος uoci in Phaedro identidem et bis in Aristotelis rhetorica subesse uidimus, siquidem ars eorum δικαστῶν τε καὶ ἐκκλησιαστῶν καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων κήλησίς τε καὶ παραμυθία perhibetur p. 290 A. Nouo denique exemplo homines fictos rumores serentes λογοποιούς dixit Demosthenes contra Timocratem § 15 μισθωσάμενοι δὲ τοῦτον καὶ οὐδὲ παρεσκευασμένοι τὰ δίκαια ποιεῖν ὑμῖν κατὰ τὴν ἀγορὰν λογοποιοὺς καθίεσαν ὡς ἁπλᾶ μὲν ἕτοιμοι τὰ χρήματ᾽ ἐκτίνειν, διπλᾶ δ᾽ οὐ δυνήσονται: cui plane simile est illud apud Dinarchum contra Demosthenem § 35 περιῄεις κατασκευάζων λογοποιούς. In eundem tamen significatum iam pridem abierat λογοποιεῖν uerbum, quod de fabularum fictionibus usurpauerunt Plato Reipublicae II p. 378 D καὶ τοὺς ποιητὰς ἐγγὺς τούτων ἀναγκαστέον λογοποιεῖν et de legibus I p. 636 C πάντες Κρητῶν τὸν περὶ Γανυμήδους μυθον κατηγοροῦμεν ὡς λογοποιησάντων τούτων, Isocrates Busiridis § 38 καὶ παίδων βρώσεις καὶ πατέρων ἐκτομὰς καὶ μητέρων δεσμοὺς καὶ πολλὰς ἄλλας ἀνομίας κατ᾽ αὐτῶν ἐλογοποίησαν (οἱ ποιηταί), Xenophon Cyropaediae II, 2, 11 ὥσπερ ἔνιοι καὶ ἐν ᾠδαῖς καὶ ἐν λόγοις οἰκτρὰ ἄττα λογοποιοῦντες εἰς δάκρυα πειρῶνται ἄγειν: de falsis rumoribus